

Theophylacti

BVLGARIAE ARCHIEPI-

scopi, in omnes D. Pauli Apostoli Epi-

stolas enarrationes, iam recens ex

uetustissimo archetypo Gra-

co per D. Ioannem Lonice-

rum fidelissimè in La-

tinum conuersa.

*Esta conforme al ex-
purgatorio de 1640
por comission del Sr. J. J.*

*Francisco Maldonado
zelanda*

Num. 2. cap. 4. num. 16.

PARISIIS,

Apud Ioannem Mace sub scuto Bri-
taniae in clauso Brunello.

5 4 8.



ANNOTATA QVAEDAM
pro singulis epistolarum
Argumentis.



AD Romanos ex Corintho scribit Apostolus, quos nondū vide-
rat, visendi tamē p̄cupidus, quia
de his multa acceperat, quorum
& suspicit & laudat fidē, vt quam
sciret fama & nomine celebrem,
& vbiq; vulgatā: & (vt cætera om-
mittam) de gentiū vocatione co-
piosius disserit. Nec secus ex E-
pheso ad Corinthios scribit epi-
stolam, illos obiurgans, q̄ pluri-
mum inter se dissiderent, & primariū quendā ē suis rem cum
nouerca habentem satis negligenter, vellētque sub cæliba-
tus prætenu nonnulli diuortia facere, & vxores relinquere:
& multi idolothytis vescerentur: & alij cæteris planē cōtem-
ptis, eos duntaxat demirarentur, qui essent linguarum gratiā
consecuti: &, quod erat detestabilius, nequaquam crederent
humana corpora post mortem resurrectura. Ad eosdē dein-
ceps & aliam ex Macedonia scribit, quandoquidem ex prio-
re plurimum profecissent, quippe quos p̄cēniteret tandiu for-
nicantem illum tulisse, sed abrepti deinde seditiosissimorum
hominum persuasū, legis duntaxat literæ inhæserunt, indif-
ferentem existimantes gratiam quæ à Christo esset in mul-
tos collata: quinetiam & præceptores admodum iactitabāt,
& gloriæ ducebant, cum Apollo vellent vel Cephæ partes tu-
tari, id est, suum quisque quem sectaretur extollere, vnde mul-
ta erant inter hos oborta dissidia: alioqui in sanctorum ali-
moniam abundē & liberaliter conferebant. Ex Roma ad
Galatas literas dedit. Hos enim cum antea ad fidem quā
optimē instruxisset, & credidissent eo prædicante in Chri-
stum Iesum, post eius discessum mox lapsi, improborū homi-
num suggestionē vt se circunciderent compulsi sunt. Quod
vtique Paulus ægrē ferens, quia præter suam Institutionem
egissent, inculcat acrius quod se celerrimē adeo immutassent.

in euangelium dei. Hoc est, selectus ad Euangelij ministeriū. **A**
 Aliàs autem & segregatus, pro eo quod est prædestinatus
 ad hoc, accipitur, ut cum ad Hieremiam deus ait. Priusquam **Hier. 1.**
 exires ex matrice, sanctificauit te. Quin ipse Paulus alicu- **Gala. 1.**
 bi: Quando, inquit, visum est ei segregare me ex utero ma-
 tris. Porro non frustra dicit, Vocatus sum; &, Segregatus in
 Euangelium. Verum postquam ei ad arrogates sermo erat,
 se fide dignum efficit, ceu diuinitus prouenerit. Euange- **Euāgelii**
 lium autem dicitur, non ob exacta tantummodo bona, cæ- **de quibus**
 terum propter etiam ventura. Consolatur insuper audito- **dicatur.**
 rem, ipso statim Euāgelij nomine. Non enim torua tristiaue
 quædam, ut prophetarum vaticinia, cæterum innumerorum
 bonorum thesauros Euangelium hoc complectitur. Dein- **B**
 de Euangelium hoc dei est, hoc est, patris, quod ut ab ipso **Deus qui**
 donatum est, sic ipsum manifestum reddit. Etsi enim in ve- **bus olim**
 teri testamento cognitus erat, solis tamē Iudæis erat cogni- **notus fue-**
 tus, neque illis ipsis ut pater. Posthac verò per Euangelium re- **rit. Euan-**
 uelatus est vniuerso terrarum orbi, vnā cum filio suo. Quod **geliū etiā**
 antea promiserat per prophetas suos. Quum tanquam nouam **prophetis**
 prædicationem illam euangelij calumniarentur, demonstrat **antiquis**
 hoc ipsum vel Græcis antiquius esse, & in prophetis iam an- **notum.**
 tea perscriptum. Præterea iisdem verbis euangelij vocabu- **Psal. 68.**
 lum in Dauide inuenitur, dum inquit: Dominus dabit ver- **Esai. 52.**
 bum euangelizantibus virtute multa. Et in Esaiā: Speciosi
 pedes euangelizantium pacem. **In scripturis sanctis.** Non
 enim verba duntaxat propheta fecerunt, sed & literis man-
 darunt sua, tum per literas ac scripta sua futura adombra- **O**
 bāt. Hunc ad modum Abraham per Isaacum, Moses per serpen-
 tem, manuumque extensionem, agni que iugulationē, Chri- **Futura**
 stum præfigurabant. Etenim cum ardua quæpiam moliturus **quæ ardua**
 est deus, multo eadem antè tēpore vaticinatur ac prædicit. **sunt, deus**
 Quando ergo ait, quod plerique vatū cupierint videre quæ **prædicit.**
 vos intuemini, & non conspexerint: hoc dicit, nempe quod **Matt. 13.**
 carnem illam suam non viderint, adeo que signa ipsa quæ in
 conspectu omnium palam ediderit. **De filio suo, qui natus**
 est ex semine David secundum carnem. Hic perspicue duas ge-
 nerationes ob oculos ponit: per hoc quod ait, de filio suo,
 hoc est deo, supernam generationem; per hoc autem quod
 opponit ex semine David, inferiorem hanc humanam in-
 telligens. Adiiciens porro, secundum carnem, indicauit

Cap. XIII. THEOPH. ARCHIEP. BVLG.

Christo benefactore animarum nostrarum, cum quo patri
sit gloria vnà cum sancto spiritu, nunc & semper, & in secu-
la seculorum. Amen.

Scripta est ex Italia per Timotheum.

ENARRATIONVM IN EPISTOLAS
diui Pauli per Theophylactum,

FINIS.

1548.